



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliarvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno CCCXLVII. ad annum CCCCI.

Parisiis, 1644

XV. De his qui excommunicantur a sacerdotibus, vt nullus ad eos accedat.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15256

ANNO
CHRISTI
400.

XIV.

Si quis autem acceptam a sacerdote eucharistiam non sumpserit, velut sacrilegus propellatur.

XV.

* Si quis laicus abstinetur, ad hunc, vel ad domum eius, clericorum vel religiosorum nullus accedat. Similiter & clericus si abstinetur, a clericis deuitetur. Si quis cum illo colloqui aut conuiuari fuerit deprehensus, etiam ipse abstineatur. Sed hoc pertineat ad eos clericos, qui eius sint episcopi, & ad omnes, qui commoniti fuerint de eo qui abstinetur, siue laico, siue clerico.

11. qu. 3. Si quis laicus abst. Adducitur ex Concilio Toletano. Canon II. vocaturque ibi Concilium primū Toletan. Dec. Iuo. p. 13. c. 30.

XVI.

*in ecclesia censemus * veram Deuotam peccantem non recipiendam * in ecclesiam, nisi peccare desierit, & desinens egerit * aptam pœnitentiam decem annis, recipiat communionem. Prius autem quam in ecclesia admittatur ad orationem, ad nullum conuiuium Christianæ mulieris accedat. Quod si admissa fuerit, etiam hæc quæ eam recepit, habeatur abstenta. Corruptorem etiam par pœna constingat. Quæ autem maritum acceperit, non admittatur ad pœnitentiam, nisi adhuc viuente ipso viro, caste viuere cœperit, aut postquam ipse decesserit.

27. q. 1. Deuo: am peccantem non. Er in cap. Mart. c. 31.

XVII.

* fidelis Si quis habens vxorem fidelem, * si concubinam habeat, non communicet. Ceterum qui non habet vxorem, & pro vxore concubinam habet, a communione non repellatur; tantum vt vnus mulieris, aut vxoris, aut concubinæ (vt ei placuerit) sit coniunctione contentus; alias vero viuens

Dist. 34. c. Is qui non habet. Iuo p. 8. c. 64. In notis decreti Gregoriani exponitur hoc decretū, de iusta concubina, ex sentent. B. August. lib. de bono

Cccc iij